

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
DE
CAVTIONE PRO EXPENSIS

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PUBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

SOCIO
DIE XX. OCTOBR. ANNO CCCCCCLXXIII
DEFENDET
IOANNES CHRISTIANVS ERNSTIUS
LIPSIENS.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.





DE
CAVTIONE PRO EXPENSIS



§. I.

*S*i quae est legum applicatio, quae improbe facta dici potest, sane ea est, quam interpres faciunt occasione Tituli Pandectarum *Qui futis dare coguntur.* Si Legum X virarium argumenta Tabulae Primae, quae de in Ius vocando agunt, perspicimus, facile patet, compilatores Pandectarum de ea primario cogitasse satisfactione, quae de iudicio fisti datis vindicibus constituenta erat. Quod si enim ex iure Tabulae primae actor reum in via deprehensum in ius vocauerat, reo necessario eundum erat, sin pedem strueret, manus iniectione si ebat et post obtorto collo ad tribunal rapi poterat. Sed se liberabat reus datis vindicibus, per quos de iudicio fisti certo statoque

A 2

die



die satisdabat. Hanc ergo satisfactionem cum ea comparant, interpres, quam nostrum habet forum, de expensis et refundendis et reconuentione. Facile pater ex utriusque cautionis comparatione instituta, toto inter se genere vitramque diuersissimam esse. Ea enim, de qua romanum ius statuebat, ab reo constituenda: nostra contra, quam forum habet, auctor constituit. Illa siebat per vindices seu fideiussores, haec per pignora, seu per depositam apud iudicium pecunia. Illius finis erat, ut stato die venturus sit sponte reus vocatus antea in ius ad tribunal, haec contra reo praefat securitatem repetendarum expensarum, si forsan temere ageret auctor. Quis ergo recte ex illa ad hanc concluderet cautionem. Sed ita solet interdum romanarum legum in foro fieri applicatio.

§. II.

Quicquid vero sit, nos quaedam capita controuersa de hac cautione nostra pro expensis dabimus. Frustra enim de cautione pro reconuentione ageretur, quam abrogatam non agnoscit forum electorale. Diximus iam de fine huius cautionis. Sine dubio rixosiorum hominum improbitas causam illius receptioni dedit, ne, qui a maleuolo auctore temere conuentus, periculum expensarum et iudicialium et extraiudicialium soluendarum incurreret, quas forsan postea ab auctore repetendo consequi non posset. Latet itaque finis in coercenda temeritate litigandi, quippe auctor, qui forsan praeuidere poterat, se temere litem moturum, cum propterea ipsi cautio esset praefanda in iudicio, deterreri poterat, ut ab instituenda lite desisteret. Quare etiam verba legis, qua haec cautio denuo comprobatur admodum generalia sunt atque prope nullum auctorem, nisi possessionatum, vel qui iura pauperum obtinuit ab ea praefanda liberant. Ita verba ORDIN. RECOGN. PROCLSS. ad Tit. XIII. Dagegen sind Klügere und Wieder-

Wiederklügere, jo in unsfern Landen nicht angefessen, wenn sie das Armen Recht nicht erlanget, in allen und ieden Processen, auch wo es bisshero nicht geschehen, pro expensis auf 30, 50 rthl. oder auch nach Beschaffenheit der Sachen auf ein höheres Quantum Caution zu bestellen verbunden.

§. III.

Sediam quaestio oritur: Si causa tam manifesta sit, vt te-
meritas agendi nulla possit adesse, an et tunc cautio exigi debeat
et possit pro expensis. Verba legis: *in allen und ieden Proces-
sen* vriue affirmatiuam suadent, et memini actori adeo, qui
ex instrumento iudiciali agebat, cui plane nullam exceptio-
nem reus obiecerat, et qui in ipsa sententia condemnatus ad
fortis et usurarum solutionem et expensarum restitutionem,
tamen cautionis pro expensis praestationem prius impositam
suisse. Sed sicuti nec temere leges interpretandae et appli-
candae sunt, ita prius iuris introducti causa bene examinanda
erit. Patet ex ipso textu O. R. P. S. cit. tit. et verbis.
*nach Ermeffung des Richters, - und zwar noch vor Ausfertigung der
Citation.* Vult ergo legislator, vt, oblato libello ante emissam
citationem actori statim a iudice necessitas cautionis praestan-
dae imponatur, et recte, quippe tunc index de qualitate li-
tis adhuc iudicare nequit. At aliam obseruantiam, cum
haec cautio partis aduersae iura tangat, introduxit forum.
Oblato enim libello emitit index citationes, et in ipso post ter-
mino reus per exceptionem dilatoriam oppositam cautionem
pro expensis exigit, quae cautio dein per interlocutionem
imponitur et definitur. Temere ergo legis autoritas in di-
uersissimis speciebus applicando confunditur. Hac enim,
quae in foro venit, cautionis definitione, iudex, ob ea quae exci-
piendo obiecit reus, poterit constituere, an temeritas
agentis adesse possit, nec ne. Quid ergo? si iudex deprehen-

A 3 dat,



dat, rei causam tam pessimam esse, vt pure condemnandus, vel si ex circumpositis rationibus appareat, compensandas fore expensas, quid opus cautione pro expensis, cum ratio illius penitus cessa^t. Facine agere contra Titium et detulisse iuramentum, reus acceptat iuramentum: et quid opus cur actori cautio imponatur? Neutro enim casu siue iurauerit, Titius, siue deseruerit iuramentum actor pro temere litigante haberi poterit, vt ad expensarum refusionem teneatur, quippe priori casu compensantur, posteriori reus condemnatur. Alia foret causa, si cautio illa a iudice exacta ante emissam citationem, tunc enim quae rei exceptiones futurae essent ignorabat, et recte cautionem exigebat; at iam lite contestata exceptionibus oppositis potest contingere, vt interdum manifesto eius cautionis constituendae ratio cessa^t, et si ita res sit, putarem magis hanc cautionem actori imponendam non esse. Vsu enim suarum pecuniarum cautionis loco depouen-
darum carendum esset actori sine iusta causa.

§. IV.

Dein in causis minutis et qui summaria ratione pertrahantur, cautionis pro expensis venit quaestio. Et in hoc genere Processus exigi posse cautionem itidem generalia verba suadere possunt *in allen und ieden Procesſen*. At, si causam indagamus, et tam ex ordine processus, quam ex ipsa ratione appetet, cautionem hanc vix applicabilem, licet BERGERI illustr. Editor. Oeconomiae Lib. IV. Tit. XIX. th. II. dubiam ob dissensum dicasteriorum statuat caussam. Sed ordine rem tangamus.

§. V.



7

§. V.

Si ad modum Processus respicimus, constat Demonstrationem fundamenti actionis cum ipso libello iudici offerendum aut iuramentum super libello deferendum. Et si quae sint exceptiones, earum redemonstratio statim cum ipsa exceptione exhibenda erit. Vult enim Serenissimus Legislator abrogato Procescu summario antiquo, ut statim definitiue prouincietur. *ORD. R. P. SAX. Tit. I. §. 6.* in solchen Fall allezeit so fort definitiue zu erkennen haben. Iam quid opus, ut cautio exigatur, vbi iudex aut condemnare statim, aut absoluere poterit. Dein, cum cum ipso libello exhibenda sit demonstratio, iudex facile iudicare poterit, vtrum actor probabilem litigandi causam habeat, nec ne. Quae si adsit, ut compensentur dein expensae, licet ob exceptionem forsitan absoluatur reus, quid opus cautione. Hinc verior opinio eorum ICtorum videtur, qui necessitatem cautionis pro expensis praestandae haud statuunt.

§. VI.

Neque ipse Serenissimus legislator ab hac opinione alienus, quod probat *Illustr. Editor BERGERI c. I.* ex binis rescriptis, ex quibus primum ad Praetorium Lipsiense datum maxime ob clausulam edictalem adiiciamus.
V. G. G. Friedrich August König in Polen Churfürst. etc. Liebe Getreue. Uns ist vorgetragen worden, was in der zwischen M. B. Kl. an einen E. S. Bekl. anderntheils über ein vor 34 thl. an Berkl. verkaufftes Pferd entstandenen Streitigkeiten, der von Klägern pro reconuentione et expensis geforderten Caution auch sonst dieser Sache halber sub dato den 18 Sepbt. dieses Jahres allerunterthänigst berichtet. Nach dem nun das obiectum litis nicht über 50 fl. beträgt;
Als



Als begehrēn wir, iher wollet Kl̄gern mit von ihm verlangter Caution
pro reconuentione ex expensis verschonen, auch in Zu-
kunft in dergl. Sachen es iederzeit so halten und wenn
im übrigen die Güte, so unter denen Partheyen nochmals mit
allem Fleisse zu versuchen ist, nicht versangen sollte, hat
es bey euerem Versfahren und den eingelangten Urtel sein
Bewenden. Mochten Wir euch nicht bergen, und ge-
schiehet daran unsre Meynung dat. Dresden am 15 Decbr.
1725.

August Beyer.

Gottlieb Frost S.



ULB Halle
004 758 501


3



56







B.I.G.

1773, 10.

Q V A E S T I O
IVRIS C O N T R O V E R S I
D E
C A V T I O N E P R O E X P E N S I S
Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISEVRGENS.
S O C I O
DIE XX. OCTOBR. ANNO CCCCCCLXXIII
D E F E N D E T
IOANNES CHRISTIANVS ERNSTIVS
L I P S I E N S.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.